

exemptionem concedere, & priuilegium Re-  
ligiosis, quo possint Sacramenta Eucharistie, &  
Extremę vnctionis administrare: Matrimonia  
q; solemnizare, sine licentia Curati: & quod  
predicti in penam huius Clementinę non in-  
cidant, sic administrantes. Potest etiam eius-  
modi priuilegium & exemptionem iam con-  
cessã, vel ònino auferre, vel limitare, aut coarc-  
tare: quicquid predecessores eius auctoritate  
Apostolica concesserint & indulserint. Vnde  
etiam si Clemens 5. per hanc Clementinã re-  
uocasset priuilegia Religiosis concessa [quod  
non est dicendum] potuerunt subsequentes  
Pontifices Sixtus 4. Nicolaus 4. Leo 10. Adr-  
ianus 6. Paulus 4. & tandem Pius 5. priuilegi-  
um concedere [sicut defacto concessere] vt in  
terris illorum qui denuo ad Christum conuer-  
tuntur, possint Religiosi predicti Sacramenta  
liberè ministrare: & defacto etiam indulse-  
runt pro omnibus fidelibus, vt possint Fratres  
illis Sacramentum Eucharistie ministrare, vt  
nu. 18. & 19. dicemus.

¶ Et tandem Gregorius 13. die 21. Maij  
anni Domini 1575. Pontificatus sui anno 3. om-  
nia & singula priuilegia immunitatis, preero-  
gatiuas, & alia cõcessa in fauorẽ uisũ Ordiniũ